HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
Admont, Ende 12. Jh. Seite 68v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26208
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cutos credimus. Ideo autem cum nouem psalmis et totidem lecti
onibus et responsoriis celebramus. quia eos in consortio
De matutinis monachorum. nouem ordinum angelorum esse predicamus. Porro diui
num officium a beato Benedicto ordina
tum pene idem significat. presertim cum ad idem uidelicet
ad laudem dei et ad iustorum preconia tendat. Hoc ideo
ab ecclesia est receptum. quia ab illo qui omnium iustorum spiritu
plenus fuit. est prolatum. et ab apostolici pontificis Gre
gorii auctoritate roboratum. Si quidem patet.
quod idem uir deo plenus in uinea laborantes et in
uigiliis excubantes attenderit. dum tali modo psalmos distri
buerit. et dominicam noctem tribus uigiliis per tres nocturnos
distinxerit. licet ipse psalmos senario. lectiones uero quater
nario numero assignauerit. Quia uidelicet per sena
rium actiue uite actio designatur. propter sex opera
euangelii quibus in istis sex diebus quasi in uinea laboratur.
Duo noctu rni. Per quaternarium autem contemplatiue uite perfectio propter .iiii.
euangelia figuratur. quibus contra hostes animarum scilicet uicia
et demones iugiter uigilatur. Per sex ergo psalmos in uinea domini
laborantes declarantur. per .iiii. lectiones in castris domini
uigilantes demonstrantur. Per responsoria alacritas
laborantium denotatur. Notandum quod hic diui
ni seruicii ordinator a psalmis Domine in uirtute qui
de pace ecclesie constat incepit. et reliquos qui de passione
domini sonant in hoc conclusit officio. Dominus enim in